



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Ioan. Crombecii Societatis Iesv Presbyteri De Stvdio Perfectionis Libri Dvo

Crombecius, Johannes

Mogvntiæ, 1614

XXX. Industria quinta: quinque virtutum generibus potiſsimu[m] prauos habitus ac paſiones exterminari; sed maxime vnus ex illis, caritatis, actibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51132)

C A P. XXX.

Industria quinta : quinque virtutum generibus potissimum prauos habitus ac passionibus exterminari: sed maxime vnius ex illis, caritatis, actibus.

Allegoria 179. **P**Vgnaturus cum Goliath Philistini reiectis armis à Saule oblati, Dauidis adolescens, tulit baculum suum, quem semper habebat in manibus, & elegit sibi quinque lapides de torrente, & misit eos in peram pastoralem quam habebat secum, & fundam manu tulit, & accessit aduersus Philistheum. Cum ergo surrexisset Philistheus, & veniret, & appropinquaret contra Dauid, festinavit Dauid, & cucurrit ad pugnam ex adverso Philisthai: & misit manum suam in peram, & unum lapidem, & funda iecit, & circumdumpercussit Philistheum in fronte, & infixus est lapis in te eius, & cecidit in faciem suam super terram: & que gladium non haberet in manu Dauid, cucurrit & stetit super Philistheum, & tulit gladium eius, & deditque caput eius. & hæc quidem in pugna illa. Hic vero gladius ad perpetuam rei memoriam repositus est in sanctuario post ephod. Postmodum fugiens Dauid iram Saulis, cum venisset in Nobe armis destitutus, petiit ab Achimelech Sacerdote num haberet illic hastam & gladium. Cui Sacerdos, Ecce hic, ait, gladius Goliath.

1. Reg. 21.

illisibai, quem percussisti in Valle terebinthi, est in-
 tatus pallio post ephod: si istum vis tollere, tolle: neque
 hic est alius absque eo. Et ait David: Non est huic
 similis: da mihi eum.

Dum de actibus agimus quibus vitia ex-
 terminantur, virtutes inseruntur; hæc industria
 intermittenda non est, virtutes esse quasdam
 generales, quibus omnia vitiorum genera im-
 pugnatur. hæc vero sunt pœnitentiâ, obedien-
 tiâ, caritas, iustitia: quibus addenda est virtus
 specialis, vitio, quod persequimur, opposita. hi-
 ce enim quinque lapidibus deturbatur imma-
 nis illa feroxque bellua, quæ toti Dei populo
 errorem incutit. Nec quisquam miretur, si vel
 tantam passionem giganti comparem: cum lôn-
 ge difficilius sit eam, quam truculentum ali-
 quem gigantem, superare. Quid? vnico iactu
 tanta David Goliath prostravit: heu, quantâ
 moles Dauidi, Bethsabee amores vel declinare,
 vel derelinquere! Illum gigantem inermis pro-
 stravit: hos vero, etiam à virtutibus instructif-
 sumus, non modo non declinavit, sed ipsem et
 prostratus, & quatruiduano mortuo similis, per-
 seueravit in peccato; eidemque crimini crimen
 nouum homicidii adiecit. Fortior sane est qui se,
 quam qui fortissima vincit Mœnia: & melior est pa-
 tiens viro forti: & qui dominatur animo suo, expugna-
 tore urbium.

181. Principio David tulit baculum suum, quem semper habebat in manibus. Crucis sym-
 bolum baculus hic est. Quicumque ergo Go-
 liath aggredi nititur, non accedat, quin prius
 cru-

*Virtutes
 generales
 quibus vi-
 tia impu-
 gnantur.*

Prou. 16.

*Crucis
 symbolum,
 David ba-
 culus.*

*Luc. 9.
Abnegatio
sui.*

crucē accipiat, Christum ducem crucem habentem sequatur, & sub vexillo Domini militem conscribi curet. Qui stipendia facit sub mundi vexillo præterunt, idonei sunt qui pugnent aut vincant. ijs Dominus nuntiat: *Si quis vult post me venire, abneget seipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me.* Quam pulchra res, mollem hominem ac delicatum, bellū in passiones suas aut vitæ dicere! Quis speret alterum Samsonem, in lila suau dormientem, victoriam contra Philistæos reportaturum? Tria à nobis exiguntur minus. Primum est, vt abnegemus nos; non magis indulgeamus aut parcamus nobis quam summis aduersariis. Alterum, vt feram crucem nostram, & difficultates obuenient tamquam regni spiritualis sceptrum contemnamur. Tertium est, vt Dominum sequamur eius virtutibus ac vestigiis insistendo; et in se sit sequi per sentes & vepres, per ignem quam, in mediis gladiis & flammis: vt (quod modum ait Paulus) magnificetur Dominus in corpore nostro, siue per vitam, siue per mortem.

Philip. 1.

*Adiuncta
allegoria
explican-
tur.*

Psal. 109.

182. Crux ista generaliter aduersatur exercitui diaboli ac mundi: sed ad manus veniendum, & d. singulare certamen; non cum exercitu, sed cum vno particulari (vt diximus) confliendum. Idcirco quinque lapides de torrente sumendi sunt. Torrentis iste est, de quo Dominus noster Iesus bibit, teste Davide: *Derisum in via bibit: propterea exaltabit caput.* Torrentem dolorum hausit copiose: ideoque clamavit

bat: *Saluum me fac Deus quoniam intrauerunt* *Psal. 69.*
me vsque ad animam meam: infixus sum in limo pro *Psal. 87.*
& non est substantia. &: In me transferunt iram *Quinque*
& terrores tui conturbauerunt me. Ex hoc ama- *Christi Do-*
minimo haustu quinque noui torrentes pullula- *mini vul-*
ne, quibus non tam aqua quam sanguis pro- *nera, quin-*
terit; visque in corpore Domini seu lapides *que lapidi-*
bus Daui-
bus; seu vulnera, quibus superbum Goliath *dis compa-*
rantur.
interitiosque omnes expugnauit. Expugne-
mus & nos: ex his enim omnis fortitudo nostra
promittitur; & quicumque vincit, in iactu horum
lapidum vincit. Fortitudo mea, ait ille qui hæc *Psal. 117.*
reuererat, & laus mea Dominus, & factus est mihi
salutem: lapidem quem reprobauerunt edificantes,
factus est in caput anguli. Hoc enim lapide uti
solent Iudæi; nos eo capita inimicorū Re-
rum compingimus.
83. Sed hi in pera nostra reponēdi sunt: quis *Philip. 2.*
animus videtur, si non habeat? Sensus passionum
Domini mentes nostras afficiat, & sentiamus
in nobis quod & in Christo I E S V, virtu-
tesque, quibus par est uti in hoc certamine sin-
gulari, recondita esse debent in animis nostris:
has habeamus ad manum, & funda iaciamus, &
in aduersarij frontem infigamus. Quinque iam
nominauimus, easque pæne generales omnes:
vel quia omnia peccatorum genera perse-
quuntur, vel quia virtutum omnium honesta-
tem complectuntur. Pœnitentia vitia oppu-
gnat omnis generis; nullumque est, quod acuto
hoc lapide iustitię vindictiue non conterat ac
comminuat. Obed. etiã ut legum omniū ac præ-
cepto;

ceptorum obseruantissima est; ita, quidquid aduersatur iisdem, odit ac detestatur. Caritas enim est omnis legis, virtutum omnium mater, vitiorum omnium fortissima profligatrix: multius sceleris consortium admittit; pugnat tantumquam pro aris & focis pro Dei gloria confestim. Iustitia vero cum iniquitate pugnat: modo ubi inæqualitas rei alicuius adest, sed vel Deo, vel homini, vel sibi infertur iniuria. Ultima virtutum particularis est: vitiumque oppugnat, cui ex diametro opponitur; vt sobrietas inebrietatem, libidinem continentiam, sobrietas intemperantiam.

184. Quinque lapides hi limpidissimi, de quibus dicitur, quem bibit Dominus, sunt de summo quo vim omnem suam ac puritatem hauriunt. Sed quamuis Dauid habuerit quinque, tantum usus est, & suffecit. Nos quoque ad erigendum aduersarium hisce quinque virtutibus, & habere necesse est: sed vnica caritas sufficit ad omnia vitiorum genera destruenda: quidem ictu maiori, quam si quaque virtus in se contra contraria quispiam vteretur. Hoc lapis est Magdalena, ideoque dictum est: Remittam ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Istud est gumentum, quia pluribus profecuti sumus in superiori libro, producere super sedeo. hoc gumentum addam: virtutes illas, quas commemoravi vel in caritate contineri, vel cum ea committi habere plurimum. nam penitentia, quæ reconciliationem cum Deo quærit, caritas est, & amicitia ad diligendæ studium: obedientia vero, quæ

*Vnus lapis
vel vnica
virtus nē-
pe caritas;
sufficit ad
vincendas
omnes tenta-
tiones.
Luc 7.
Virtutes
generales
fere easdē
esse cum
caritate.*

vel voluntatem exequitur, caritatis pars est
 principia, quæ non tantum benevolentia du-
 rit, sed & amico mandanti prõptissime obse-
 parata est: ideo à Doctoribus caritas obedi-
 entialis nominatur: iustitia denique virtus uni-
 versalis ea est, qua iusti dicimur: at vero sine ca-
 ritate nemo iustus est. Quia nihilominus caritas
 singulis forma distinguitur: si quid in aliis sit,
 quod ad vitia destruenda valeat, illud ipsum
 perferit, & tamquam telum aut clauum, quo
 vitium ferat, usurpat. Ferit vero fortissime, vt
 primo ictu vitam non modo vni vitio, sed &
 toti corpori concupiscentiæ viuenti tollat, &
 magnam molem carneam euertat. quod
 adenter accidit in hominis iustificatione: quæ
 fide, spẽ, timore, ac pœnitentia paretur, ac-
 cedit tamen caritate, quæ vltimam quasi
 vim importat.

*Caritas obedi-
 entialis qua.*

Quod si tanta vis est vnius iactus, vt im-
 mensem gigantem viuentem, armatum, fastuo-
 sum, & victoriis quasi insolentem prosternat:
 quid putamus futurum, si cœtes eundem mor-
 tum, reliquias, inquam, eiusdem vitii, conte-
 nitrix reginaque caritas? Secundo pro-
 pter ictu profligaret deleretque omnia, nisi
 iustitia ad exercitationem luctam hanc
 nobis relinquere decreuisset. Sed pugnemus
 adacter: omnes Philisthæi casu huius porten-
 ti gigantis perterriti aufugiunt: tantum, ne ma-
 lantiam in victoria gloriaque nostra relinqua-
 mus

86. Expediit ergo caritatis gladio hunc ho. *inungendi*

Kkk

stem

*virtutum
actus cum
caritate.
Ratio eucl-
lendi pra-
sios habi-
tus.*

si truncari, aut solo, aut certe virtutum aliarum
coniuncta acie. Exemplo res fiet clarior. Avaritia ac cupiditatis radicem oppugnaturus, mane
propono tota die in idipsum incumbere, & coram
Deo id statuo: omnia item diei illius opera
Deo dedico ac confesco, eo maxime fine, ut
placeam: & quia in me sentio quidpiam, quod
arctam cum Deo amicitiam impedit, nec
auri cupiditatem, siue orta illa sit à prauitate
turae, siue à concupiscentia, siue inducta sit à
suetudine, illam detestor, doleoque ex animo
me hanc tyrannidem mea culpa incurrisse.
liberalitatis captus pulchritudine, totis viribus
in eam feror, Deum per sacra omnia rogo
que obtestor ut mei misereatur gravissimorum
catoris: peccata ætatis præteritæ, & prauitatis
lam cupiditatis propensionem, quam ut peccator
execror & abominor, funditus delere ac carnis
tus extirpare, ei que liberalitatis virtutem in
stituire dignetur, per merita Domini nostri
sv Christi. Formulam huius generalis precationis
inferius.

*A capitali
peccato ex-
ercitium
expulsionis
vitiis
inchoan-
dum.*

187. Meminisse vero illius oportebit, quod
ante monuimus: ut à capitali seu principali peccato,
à quo nempe potissimum cetera dependunt,
exercitium instituamus: id enim est, ut
dam in caput gigantis infige: quo quædam
immane corpus ruit; quo prostrato, totus
lithinorum exercitus sanditur fugaturque.

Nec est quod quispiam arbitretur ab avaritia
bi prospexisse, si quinque habeat lapides in
ta animæ suæ, si manum non mittat in peccatum.

operi manum nō admoueat, si non iaciat fun-
 Stabit profecto Goliath, & te mole oppri-
 et sua. Magna industria est, hostem præverte-
 celeritate vincere, percutere citius, ne te per-
 ciat; illi occupationem dare, ne te tentatione
 inuoluat, vel etiam opprimat. Hæc sane ra-
 est grauissimas tentationes euadendi: dum
 arma paras, & hostem quæris, non est
 quod tibi scelus aliquod inopinato obtrudat:
 ei satis est, si conatus tuos impediatur, auocet
 mirum ab oratione, à suscepto proposito, ab
 exercitio hoc, quo videat vires suas debilitari;
 sustinens se nullum facturum operæ pretium,
 quam diu in hoc pugnae genere virtutis studio-
 sis operam ponit.

*Ratio gra-
uiores ten-
tationes eu-
adendi.*

Multo minus nos aggreditur, dum, superatis
 prauis habitibus, virtutibus augendis diligen-
 tem operam nauamus. vt enim is, qui forti ex-
 ercitu alienam patriam inuadit, hosti occupa-
 tionem dat, qua impediatur oppugnantis pro-
 uinciam impetere; nec vallis fossisque arx mu-
 nitione hosti potest vlla obici, quam infestus ex-
 ercitus, patriam eius deuastans: sic qui acqui-
 rendæ PERFECTIONI, destruendis prauis ha-
 bitibus, virtutum præfidiis acquirendis incum-
 bit, alienam prouinciam inuadit, diaboli regio-
 nem exagitat, hoc præsidio interea munit suam
 latisque est dæmoni, ne hoc feruore non tan-
 tum sibi, sed & multis aliis prosit, impedire, & à
 paruis qui busdam officiis auocare, quæ etsi præ-
 termittantur, nihil adhuc militi Christi pericu-
 li imminet.

Apta similitudo.



In hist. Religiosa, seu vir ille sanctissimus, de quo scribit Theodorus SS. Patrū.

Et hoc est, quod aliquando docuit Eusebius
 Hic enim cum semel in agricolas arane
 „ curiosus oculos defixisset; in seipsum ita am
 „ aduertit, vt ferreo collari ceruicibus iniecto
 „ tenaque ad renes alligata, caput semper ten
 „ depressum cogeretur: in quo supplicio quatu
 „ ginta totis annis durauit; quibus numquam
 „ erexit, numquam cœlum vidit. Cum aut
 „ quæsitum esset ab eo cur ita faceret, & qu
 „ eo utilitatem quæreret; hanc respondit, qu
 „ satanam hostem à magnis proeliis, vt de lib
 „ aut superbia, ad illa parua traduceret: in qu
 „ etiam si vinceretur, non magnum esset da
 „ num: sin vinceret, eo maius fore satanæ
 „ brum, qui ne in paruis quidem posset esse he
 „ rior. Præclarum dictum, & spirituali sancto
 „ homine dignum: quod idem in eo, quod in
 „ agimus, valere debet: vt ostendatur, ideo Pra
 „ FECTIONIS amantes longe abesse à præ
 „ ptis Dei violandis, grauioribusque tenent
 „ bus, quoniam maiora quæque sponte sua, vt
 „ minor est obligatio, ad Dei obsequium tant
 „ studio obeunt.

188. Quæ autem de caritatis iactu diximus
 et si vera sunt, vt sunt verissima: nihil obedi
 men propria quaque virtute internum hostem
 aggredi atque impugnare: nec id sine fructu
 tutum confido: nam singularum virtutum
 ctus meritorij sunt, & contrariam propensio
 nem minuunt, eandemque virtutem augent
 Nihilominus perfectiores sunt caritatis actus
 quod a
 uauiss

Caritas

ECT.
 ut Enfebtur
 Theodora
 olas arante
 am ita am
 s iniecto
 imper te
 licio qu
 numquam
 Cum an
 & quat
 ondit, c
 vt de lib
 et: in qua
 m esset
 e fatam
 ffer esse
 ali sancto
 quodm
 ur, ideo
 esse à p
 e tem
 onte su
 quiam can
 Etu dixi
 nihil obe
 num hof
 ne fructu
 virtutum
 propen
 em augm
 tatis act
 quod

ad à nobilissima Deoque præ ceteris gratif-
 virtute procedant: magisque meritorij, et-
 si sine coniunctione alterius virtutis eliciã-
 : si vero ex imperio caritatis virtutes ceteræ
 perentur: eo maior vis erit, tamquam ab ha-
 ammentata, ad destructionem vitij illius, cuius
 llimur interitum.

C A P. XXXI.

industria sexta & septima: primum inter a-
 Negotiationis spiritualis officia locum te-
 nere studium diuinae gloriae quarendae: cui
 plurimum opitulatur diuinissima Eu-
 charistia vsus frequen-
 tior.

ET si vtilissimum sit (vti modo diximus)
 statim primis initiis propositum or-
 dinem sequi; hoc est, incipere ab alicuius prauæ
 inclinationis euulsione, antequam acquisitioni
 virtutum animum adiiciamus: quia tamen, qui
 recenter interno huic exercitio se dedunt, im-
 buti adhuc sunt spiritu huius sæculi, planeque
 frigidi: è re ipsorum erit, (quæ sexta industria
 est) primum omnium diuinum spiritum colli-
 gere, ac feruorem aliquem acquirere, hoc stu-
 dio ac conatu, vt in omnibus soli Deo placere
 intendant: suaque omnia, antequam opus ali-
 quod aggrediantur, breuiter illud quidem, sed
 laauissime, ac quam fieri potest piissime, actu
 Deo

Studium
 diuina glo-
 ria in omni